

A D I L L V S T R I S S I

mam unâ & pudicissimam uirginem

ELLEONORA ESTENSEM,

Antonius Musa Brasauolus

bene agere.



ANTIQUORVM MOS

fuit, & hoc etiam tempore serua-  
tur, si quis opus aliquod egregiū  
parasset, alicui principi, aut nobis  
lissimo Heroi nuncupare: ne in  
vulgus absq; patrono, & tutore prodiret. Res  
profectò à nemine qui mētis compos sit, detre-  
ctanda, sed tamen quæ nos ab incepto repellat,  
ne videamur partus nostros egregios putare:  
quos potius abortiuos, & prociduos arbitra-  
mur. Tamen quicquid sit, quū præcedentibus  
mēsis de Syrupis inter nos sermo incidisset,  
& tu de hac materia doctè & abundè disseruis-  
ses, visum est mihi, nulli magis conuenire, quàm  
tibi: quæ non modò Magdalenam imitata es,  
huius mundi illecebris & deliramētis spretis, re-  
rum diuinarum contemplationi vacas: sed ple-  
runq; etiam Marthæ satagentis officio funge-  
ris, vt triplici corona digna sis. Prima, quia spō-  
te nullo monitore, nec infantia dissuadente,  
imò Illustrissimo patre primis motibus obuians

## EPISTOLA

4  
 re & reluctante, Sacratissimam hanc Religio-  
 rum frequentiam ingredi curasti: frequentiam  
 in quam pudicissimarum virginum & sanctas-  
 rum, matronam beatam Claram imitantium,  
 quam corporis CHRISTI VIRGINIVM vo-  
 cant, & quam nullus alter Vestalium Virginum  
 coetus in tota Italia sanctitate ac miraculis su-  
 perat. Hic tu spiritui & orationibus vacas, & sta-  
 tutis horis te totam contemplationi praestas. Se-  
 cunda corona est, quia illis horis, quibus vel aliae  
 dormiunt, vel mechanico operi incumbunt, tu  
 apparandis & concinnandis pharmacis diligen-  
 tem operam praestas. Quod opus, utpote ple-  
 num charitatis, dignum est ut a te fiat: nepe sic  
 conforores alias egras iuuare potes: & ita veluti  
 altera Martha sollicita es circa frequens ministe-  
 rium. Tertia corona, quia Diui ALPHONSI  
 Ferrariæ Ducis filia, quum maritum principem,  
 ex summis Italiae proceribus sperare posses, tu  
 potius puerum IESVM, dulcem Mariae natum,  
 pulcherrimum, deliciosissimum, qui eadem sem-  
 per virenti etate, eadem pulcherrima pulchritu-  
 dine, eisdem semper probissimis moribus in spon-  
 sum elegisti: quem cognoscere totis viribus stu-  
 des Illustrissima Virgo, cognitum laudare, lau-  
 datum amare, amatum venerari, veneratum ex-  
 primere, expressum imitari, ut denique cum eo im-  
 morali felicitate perfruaris. Hic est ille praedul-  
 cis, & prepotens sponsus, qui te non oppidi do-  
 minam,

## EPISTOLA

5

minam, non Urbis Ducissam, non provin-  
 ciæ Reginam, non Christianorum imperatri-  
 cem, sed totius cœli, & paradisi deliciarum  
 participem faciet. Igitur Illustrissima hunc  
 sequi studeas, hunc imitari, hunc totis viri-  
 bus amare: vt vna sis ex prudentibus quinque  
 virginibus, quæ oleum sibi statuto tempore  
 compararunt, vt aduenienti sponso IESV si-  
 ne mora possis occurrere, & in eius amore  
 semper conquiescere: Vt cum Phocylide  
 concludam, vnà cum sanctis Sororibus, *Σαὶν  
 ἐκτελεοῖτ' ἀγαθὴν μέχρ' ἡλικίας οὐδ' ὄψ*, id est, Vitam  
 perficite malorum immunem vsq; ad sene-  
 ctutis limen. Sed cur Noctuas Athenas por-  
 to: aut Angelos bene agere instruo: Accipe  
 igitur Elleonora Illustrissima, de Syrupis li-  
 bellum: vt, quum Marthæ officio fungeris,  
 in his componendis aliorum errores corri-  
 gas. Vale Virginum pudicissima.

A 3